



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 38. Dionysius exiguus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

deposituerat, & ubi secundum antiquam Sæculum VI.  
consuetudinem nullum antea cadaver A. C. 533.  
humatum fuerat. Ipsa obitus die Eccle- *Mart. Rom.*  
sia S. Fulgentii memoriam colit. Vita *I. Jan.*  
ipius Feliciano Successori ejus inscripta,  
Ferrandi Diaconi S. Fulgentii Discipuli  
opus esse creditur.

§. XXXVIII.

*Dionysius Exiguus.*

Conjiciendi causa non deest, eidem Fe-  
liciano Dionysium Exiguum inscri-  
psisse Versionem Epistolæ Procli ad Ar-  
menos, quam ipso præcipiente transtu-  
lit, ut veram esse probaret Propositio-  
nem illam: *Unus de Trinitate passus est.*  
Præmisit Præfationem, in qua succincte *Bibl. PP.*  
ejusdem Propositionis Veritatem, & uti-*to. 3. p. 166.*  
litatem adversus Nestorianos demonstrat.

Dionysius cognomento Exiguus, quod  
corpore parvus esset, Monachus Ecclesiæ  
Romanæ Presbyter Doctrina & Virtute  
clarissimus, quamvis esset de Gente Scy-  
tharum, Romanos tamen mores præfe-  
rebat. Linguarum Græcæ & Latinæ  
ea erat ipsi scientia, ut, cum legeret, æ-  
quali facilitate Græca Latine, & Latina  
Cræce, redderet. Hinc multos ex Græ-  
co Libros vertit, atque præter alios ro-  
gatus a Stephano Episcopo Salōnensi  
transtulit Codicem Canonum Ecclesia-  
sticorum, quorum equidem vetus Versio

*Hist. Eccles. Tom. VII.* Kk sed

Sæculum VI. sed satis obscura extabat. Cum istud  
A. C. 533. Dionysii Opus ubique magnis laudibus

Præf. Cod. fuisse exceptum, elapsis aliquot annis a  
Can. Præf. Juliano Presbytero Ecclesiæ Romanæ Ti-  
in Decret. tuli S. Anastasiæ & S. Gelasii Papæ Di-  
 scipulo rogatus omnium Pontificum E-  
 pistolarum Decretalium, quotquot inven-  
 ire potuit, Collectionem edidit. Hæc  
 Collectio Epistolas octo Paparum, scilicet,  
 Siricii, Innocentii, Zosimi, Bonifa-  
 cii, Cœlestini, Leonis, Gelasii, & Ana-  
 stasii, complectitur. (\*)

Dionysius Exiguus in Dialectica, A-  
 rithmetica & Astronomia doctissimus,  
 illius Æræ, qua hodie utimur, & annos  
 ab Incarnatione JEsu Christi numeramus,  
 Author est. Quippe cum videret Cy-  
 clum Paschalem S. Cyrilli jam anno  
 248. Diocletiani, id est, 531. Christi,  
 terminari, alium annorum nonaginta  
 quinque composuit, ut S. Cyrilli labo-  
 rem continuaret; sed loco invisi Nomi-  
 nis Diocletiani, quod S. Cyrilus pro mo-  
 re illius temporis, & Regionis posuerat,

Ep. 4. Dion. Dionysius maluit ponere Nomen JEsu  
ad Petron. Christi, & annos numerare ab Ejusdem  
ap. Petav. Incarnatione, a quo tempore ipsi visum,  
VII. Doctr. sui Cycli annum primum esse Christi 532.  
temp. c. 2. 3. Chronologi recentioris ætatis deprehen-  
 derunt,

(\*) Sequitur, Dionysium Exiguum Decreta-  
 les his tempore priores non scivisse.

derunt, Dionysium errasse, estque com- Sæculum VI.  
 munis opinio, ipsum annis quatuor ma- A.C. 533.  
 turius, quam debuisset, annum Incarna-  
 tionis posuisse. (\*) In sacris litteris as- *Cassiod. ibid.*  
 fidue versatus ad omnes Quæstiones sine  
 mora apte respondere poterat. Nec  
 eum sua scientia inflabat, sed moribus  
 erat simplicibus & humillimis, &, quam-  
 vis esset eloquentissimus, pauca loque-  
 batur. Vitam ducebat pudicam, quam  
 nulla notabat singularitas, sed suis affe-  
 tibus caute moderabatur. Hoc Testi-  
 monium Dionysio, postquam jam vitam  
 finiisset, redditus Cassiodorus, qui vivo  
 pluribus annis conversatus mortuum tan-  
 quam Sanctorum aliquem invocabat.

## K k 2      §.XXXIX.

(\*) Verba Fleurii sunt: Et l' opinion la plus  
 commune est, qu' il a prevenu de quatre ans la  
 véritable année de l' Incarnation. Eodem mo-  
 do loquitur R. P. Calmet in Hist. Univers. Lib.  
 LXXV. Et qu' il a prevenu de quatre ans la  
 véritable Epoque de l' Incarnation du Sauveur.  
*Et quod annis quatuor veram Epocham Incar-*  
*nationis Domini prævenerit.* Econtra Grave-  
 son in Hist. Eccles. V. T. loquitur in hunc mo-  
 dum: *Quo fit, ut verum & proprium Natale*  
*Christi Domini antevertat quadriennio solidæ*  
*Eram Vulgarem seu Christianam, cuius Au-*  
*dor est Abbas Dionysius.* Uter accuratius lo-  
 quatur Lectoris arbitrium esse.